



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

XXXII. Indultum pro creatione duodecim Abbatum titularium Abbati  
Generali una cum Definitorio Congregationis Ordinis Sancti Benedicti  
Montis Oliveti concessum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

A N N O

1671.

Clausula sublata.

Contrario-  
rum deroga-  
tio.Transfum-  
ptorum fides.Dat. P. An. I.  
die 27. Febr.

XXXI.

§. 4. Sicque in præmissis per quoscumque Ju-  
dices Ordinarios, & Delegatos etiam Caſarum  
Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri  
debere, ac irritum, & inane, si fecus super his à  
quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-  
rante contingit attentari.

§. 5. Nou obſtantibus, quoad eas, quæ præſen-  
tibus ſunt contraria prædictis Sixti, & Clementis  
prædeceſſorum literis, nec non omnibus, & ſinguliſ illis, quæ in eis conſeſſa ſunt non obſtare,  
cateriſque contrariis quibuscum.

§. 6. Volumus autem, ut earundem præſentium  
literarum tranſumptis etiam imprefſis, manu alicuiſ Notarii publici ſubscriptis, & ſigillo perſona  
in Ecclesiastica dignitate conſtituta munitis eadem  
ubique fides adhibeatur, quæ præſentibus adhi-  
beretur, ſi forent exhibita, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
Annulo Pifcatoris, die 27. Februarii 1671. Ponti-  
ficatus Noſtri Anno Primo.

Confirmatio Constitutionem Pii IV. & Gregorii  
XIII. de penis Monachis Montis Oliveti, Or-  
dinis Sancti Benedicti infligendis, qui munus Ab-  
batis poſtulant, aut ad idem, vel alia munera  
publica per favores Principum, aut aliorum  
aspitant.

*Ne plures dicta otiosæ repeatam, vide, que annota-  
ta ſunt ad Conf. 17. Ecclesia infra hujus Pontificis.*

Edita An. D.  
1671.

## C L E M E N S P A P A X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Supplicatio.

Exponi Nobis fecit dilectus Filius Procurator  
Generalis Congregationis Montis Oliveti  
Monachorum Ordinis Sancti Benedicti, quod licet  
per Constitutiones dictæ Congregationis ca-  
veatur expreſſè, ut qui munus Abbatis poſtulaverit,  
eo conſeatut ipſo jure exclusus, ſimiliter & ii, pro qui-  
bus poſtulatum fuerit, in penam inhabilitationis in-  
currant, juxta quasdam fel. record. Pii Papa Quar-  
ti Prædeceſſoris literas in forma Brevis die 2. Junii  
1565, expeditas, multaque alia in dictis Constitu-  
tionibus ad excludendum ambitum disponantur;  
Et in eisdem Constitutionibus inſerta reperiuntur  
quædam rec. mem. Gregorii Papa XIII. prædeceſſo-  
ris noſtri Literæ, quarum initium, *Cum nihil ita  
alienum &c. per quas sub pena excommunicationis  
ac privationis officiorum, perpetuæque ad illa in-  
habilitatis prohibetur cuicunque Monacho cu-  
jusvis gradus, & præminentia exiftat, ne favors  
exterorum ac Praelaturas, aliaev quæcumque ma-  
jora, vel minor d. Congreg. munera affequenda  
procuret. Nihilominus nonnulli ejusdem Congre-  
gationis Monachi, & Abbates aditum ſibi ad Prae-  
laturas, & munera publica Congreg. hujusmodi  
exteriorum favoribus facere fatigunt, non sine ma-  
xima ipsius Congreg. perturbatione. Quare dictus  
Procurator Generalis de consilio, & affensu dilecti  
filii noſtri Cæſaris tit. SS. Quatuor Coronatorum  
S. R. E. Presbyteri Cardinalis Fachenetti nuncupati,  
& Congregationis prædictæ apud Nos, & Se-  
dem Apoſtolicam Protectoris, Nobis humiliter  
ſupplicari fecit, ut in præmissis opportunè provi-  
dere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſto-  
lica dignaremur.*

§. 2. Nos igitur considerantes, quod nemo de-  
bet ſibi aſſumere honorem, niſi vocatus à Deo  
tanguam Aaron, ac proinde ambitionis hujus-  
modi pernicioſum malum à prædicta Congrega-  
tione omnino excludere cupientes, dictumque  
Procuratorem Generalem ſpecialibus favoribus,  
& gratis prosequi volentes, & à quibusvis excom-  
municationis, suspensionis, & interdiſti, aliisque  
Ecclesiasticis ſententiis, censuris, & penis à jure,  
vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latiſ,

ſi quibus quomodolibet innoſatus exiſtit, ad ef-  
fectum præſentium dumtaxat conſequendum,  
harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cen-  
ſentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, Con-  
ſtitutiones memorata Congregationis ad excluden-  
dum ambitum, ſicut præmititur factas, nec-  
non prædictas Pii, & Gregorii prædeceſſorum  
literas Apoſtolicas auctoritate tenore præſentium  
conſirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis  
Apoſtolica firmitatis robur adjicimus.

§. 3. Ut autem præmiffa firmius, atque invio-  
labilius obſerventur; Volumus ut dilecti filii mo-  
derni, & pro tempore exiſtentis Abbas Generalis,  
& alii ex Definitorio, ac Procurator Generalis di-  
& Congregationis penas in Constitutionibus, &  
literis ſicut præmititur, conſirmatis, & innova-  
tis impositas contra transgreſſores irremifibiliter  
exequantur, alioquin ſi ea in re negligentes fue-  
rint, poſquam eis clare conſitterit, ambitiosos  
hujusmodi Monachos, vel Abbates favors extra  
eandem Congregationem procurasse, penam  
privationis fuorum reſpectivè officiorum eo ipſo  
incurrant.

§. 4. Decernentes eadē præſentes literas,  
ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & for-  
re, fuoſque plenarios, & integrōs effectus fortiri,  
& obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro  
tempore quādūcumque ſpectabit, inviolabiliter  
obſervari.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque Ju-  
dices ordinarios, & Delegatos, etiam caſarum  
Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri  
debere, ac irritum, & inane, ſi fecus ſuper his à  
quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoran-  
ter contingit attentari.

§. 6. Non obſtantibus Constitutionibus, & or-  
dinacionibus Apoſtolicis, nec non quatenus opus  
ſit dictæ Congregationis, etiam juramento, con-  
firmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia  
roboratiſ ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis  
quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contra-  
rium præmissorum quomodolibet confeſſis, con-  
ſirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſinguliſ  
eorum tenores pro plenè, & ſufficienter  
exprefſis, ac de verbo ad verbum insertis haben-  
tes, illis alia in ſuo robre permaniſrus, ad præ-  
missorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter,  
& expreſſè derogamus, cateriſque contrariis qui-  
buscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præſen-  
tium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam  
imprefſis, manu alicuiſ Notarii publici ſubscriptis,  
& ſigillo perſona in dignitate Ecclesiastica conſtitu-  
tute munitis, eadem prorufus fides in iudicio, &  
extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhibe-  
tur, ſi forent exhibita, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub  
Annulo Pifcatoris, die 27. Febr. 1671. Ponti-  
ficatus Noſtri Anno primo.

Indultum pro creatione duodecim Abbatum ti-  
tularium Abbat Generali una cum Definito-  
rio Congregationis Ordinis Sancti Benedicti  
Montis Oliveti confeſſum.

## C L E M E N S P A P A X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Ex commiſſe Nobis divinitus dispensationis  
officio cupientes ut debitus virtuti honor in  
Congregatione Monachorum Montis Oliveti Or-  
dinis Sancti Benedicti rependatur, ac ipsius Con-  
gregationis Monachos, ut in vinea Domini ſtre-  
nuē laborare ſtudent, aliquo honorificentia  
premiō incitare, nec non dilectum filium Procu-  
ratores generalē dictæ Congregationis ſpecia-  
libus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à

339 ANNO

1671.

1671.

Præceptum  
de obſervan-  
do.Clausula  
præferati-  
væ.Clausula  
ſublata.Contrario-  
rum remo-  
tio.Transump-  
tum fides.Dat. P. An. I.  
die 17. Febr.

XXXII.

Edita An. D.  
1671.

Exordium.

quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & paenitentia jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latere, si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censemtes.

Urban. VIII.  
aliqua ut in  
Conf. pro-  
hibetur.

§. 1. Ac quarumdam fel. rec. Urb. PP. VIII. Praedecessoris nostri in simili forma Brevis Litterarum die 26. Januarii 1627. expeditarum incipien. Apostolatus Officium &c. per quas Abbatum titularium in praefata Congregatione creato sub certis modo, & forma tunc expressis prohibita fuit, tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, & in seruo habentes, supplicationibus ejusdem Procuratoris generalis nomine Nobis, de consilio, & assensu dilecti filii nostri Caesaris tirul SS. Quatuor Coronatorum S. R. E. Presbyteri Cardinalis Fachenetti nuncupati, dicta Congregationis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris super hoc humiliter porrectis inclinati, dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Abbati Generali memorata Congregationis, una cum Definitorio ipsius Congregationis, duodecim Abbes titulares, nempe duos pro qualibet Provincia ejusdem Congregationis, qui tamen sint etate quinquagenarii, & saltem 20. annorum spatio lectorum, aut verbi Dei prædicationem, vel Vicarii, aut Magistri Novitiorum, aut economica officia exercendo, Congregationi praefata laudabiliter inservient; ita tamen ut ejusmodi Abbes titulares, nec gubernium Monasteriorum, nec votum, sive suffragium in Capitulis generalibus, nec ullam aliam prærogativam, vel exemptionem, qua Monasterii onerosa sit prætendere valeant sed in Ecclesia, saltem diebus festis, Missæ Conventuali, & vesperis, ac diebus singulis mane orationi mentali intellese teneantur, auctoritate nostra Apostolica creandi, ac in defunctorum pro tempore locum alios ex eadem Provincia, usque ad complementum numeri duodenarii hujusmodi, & non ultra, subrogandi plenam, & amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus, & impartimur.

Hic Pont. in-  
duget ut in  
tub.

Alternatio-  
nes accepta-  
di facultatem  
sub certa for-  
ma permittit.

Votum in  
Capitulo ge-  
nerali Abba-  
ti gubernanti  
solum conce-  
dit.

Clausulas  
præservati-  
vas apponit.

Et ita judica-  
ri mandat.

§. 2. Et quia nonnunquam accidit ut aliquis Abbas regiminis dicta Congregationis, vel proprii levamenti studio, vel alterius Monachi merito gratificandi ergo, regimen sive gubernium Monasterii sibi commissi alterius vicibus cum illo gerere sit contentus, auctoritate praefata harum serie permittimus memorato Abbatii Generali una cum Definitorio praefato ejusmodi alternaciones acceptare, & ad usum deducere, dummodo tamen Abbas ad id sponte consentiat, ac in Monacho concurrent qualitates ad Abbatiam iuxta prescriptum Constitutionum dicta Congregationis necessariae, & non aliter.

§. 3. Porrò unus tantum eorum, nempe ille, qui Monasterium actu gubernabit, votum sive suffragium in Capitulo generali congregationis prædicta habeat; Vacans autem à gubernio, in alterius gubernantis Monasterio degat; nec plus prætendere possit, quam Monachus Ordinarius, præter titulum Abbatis, & uno illorum defuncto, alter solus remaneat Abbas regiminis quamdiu vixerit, vel donec renunciaverit.

§. 4. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integrorum effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eius respectivè inviolabiliter observari.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caufarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si fecis super his à quocquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præfatis Urbani Praecessoris litteris, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicta Congregationis, ejusque Provinciarum ac Monasteriorum quorumcumque, etiam jumento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque induitis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores prætentibus pro plene, & sufficienter expressis, & inferis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, caterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibetur, quæ praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibita vel ostensa.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 27. Febr. 1671. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Declaratio, in qua omne Jus præsumum super Monasterio Fratrum Excalceatorum Ordinis Eremitarum S. Augustini Ulysspone eretto Fratribus Excalceatis Hispaniæ tollitur, & erectione novorum Conventuum d. Ordinis in Regno Lusitanie prohibetur.

Nonnulla circa materiam, de qua in rubrica emanarunt decreta Sacre Congregationis Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium preposita, quorum confirmationem habes supra in Conf. bussus Pontificis 26. Alias.

## C L E M E N S P A P A X.

*Ad futuram rei memoriam.*

Ex juncto Nobis divinitus Pastoralis solicitudinis munere enatas inter Religiosos viros controversias, ne fraternæ caritatis serenitatem conturbent, dirimere studemus, sicut æquitati, & justitia consentaneum esse in Domino arbitramur.

§. 1. Cum itaque (sic accepimus) dilecti filii Fratres Excalceati Ordinis Eremitarum Sancti Augustini in Regno Lusitanie Monasterium Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatae in quo degunt, eructum pro cura Monialium ejusdem Ordinis à jurisdictione dilecti etiam filii Prioris Generalis totius Ordinis hujusmodi exercent, & Congregationi Excalceatorum Hispaniae subjecerint; Novitos ad habitum admiserint, & nova Monasteria ibidem erigere, ac fundare prætenderint, pendente controversia super hujusmodi re in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, dilectus vero filius Procurator Generalis totius Ordinis prædicti institerit, revocari prædicta omnia, ut potest attentata, & hujusmodi novas creationes, & fundationes dictis Fratribus Excalceatis interdici, ac prohiberi.

§. 2. Hinc est, quod Nos, habita relatione sententiæ Congregationis nonnullorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super hoc negotio à nobis specialiter deputatorum, quæ rationum momenta tam in facto, quam in jure per utramque partem allata pluries audiverunt, controversiae hujusmodi finem imponere copientes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura

ANNO  
1671.  
Contrariis  
derogat.

Translum-  
ptorum fi-  
des.

Dat. P. A. 1  
die 27. Fe-  
bruarii.

XXXIII.

Edita A. D.  
1671.

Exordium.

Causa dicta-  
rationis.

Officia gesta  
per hos Fra-  
tres attentata-  
re revocantur.

delibe-